

## Les donations du juge Lambert : notice ou charte ?

### Doc. 1a - Libro Croce (= LC), cartula 21 (mai 972)

(...) *Dum ego indignus et nimis peccator Lambertus, iudex domni imperatoris, filius bone memorie Petruni, qui fuit iudex domni imperatoris, tractavi et consideravi me de Dei omnipotentis magna misericordia et aeterna retributione animae meae, et pro anima bone memorie suprascripti Petri iudex imperatoris, qui fuit genitor meus, et pro anima Cunicunde genitrice mea, et pro anima bone memorie Iohanni, qui fuit germano meo, hodie in Dei nomine do, damus et tradimus atque offerimus tibi Deo, in ecclesia beatissimi Sancti Zenonis (...)*

### Doc. 1b - LC, breve 24 (s.d.)

(...) *Lamberto iudex domni imperatoris, filio bone memorie Petri, qui fuit similiter iudex domni imperatoris, infirmitatem positus, quamquam in lectulo iacente, mos bene et recte loquenter, tractavit et desideravit de Dei omnipotentis magna misericordia et aeterna retributionem anima sua, odie in Dei nomine iudicavit et per virgam quas in suis detinebat manibus investivit Lamberto archidiaconus, a pars ecclesie canonice domui Sancti Zenonis (...).*

## Des investitures « classiques »

### Doc. 2a - LC, breve 35 (janvier 1098)

(...) *Pescius faber accepit per investituram in tenimento a Ugone, preposito de canonica Sancti Zenonis, cum consensu suorum fratrum, unum petium de terra (...)*

### Doc. 2b - LC, breve 39 (juin 1101)

(...) *Ugo, prepositus iam dicte Sancti Zenonis canonice, cum consensu suorum fratrum investivit per tenimentum Bacarellum, filium Tuscanelli de Casale, de uno petio de terra (...)*

## Doc. 3 - Une investiture insolite

LC, breve 46 (décembre 1095)

(...) *Petrus et Gerardus germani, filii bone memorie Dominichi, et Bonaccio, filio bone memorie Petri, per se et per germano suo et per nepotibus suis, per virgam quam in suis detinebat manibus investiverunt Ugo, preposito de ecclesia et canonica domui Sancti Zenonis, de illa terra quam dedit Markitta in predicta canonica domui Sancti Zenonis, et ipsi a vobis receperunt per tenimentum sicut sunt positus in teritorio de plebe de Villiano, infra postestate de castello de Aliana (...)* *Ipsi predicti germani, et Bonaccione, sicut supra legitur, investiverunt quod ab ac ora in antea si de predicta terra omni anno censum non dederint in mense augusti de grano bono umine XII, ad umina currente cum qua ipsi recipiunt illorum fictum (...)*

#### **Doc. 4 : Une investiture à propos d'un manse**

LC, breve 18 (mars 1106)

(...) *Kincus, filius Iohannis, investivit Martinum prepositum de canonica episcopatus Pistoriensis aeccliesie Sancti Zenonis, pro se et nepote suo Iohanne filio quondam Vitalis, de uno manso (...)*

*De hoc vero manso Kincus pro se et pro nepote suo Iohanne investivit Martinum prepositum eodem modo : ut deinc bene laborabunt, regent et hedificabunt et meliorabunt ipsi et eorum heredes, et aliis dare non debent sine consensu vel licentia rectorum vel canonicorum predictae canonice qui ibi pro tempore fuerint, et insuper omne anno in mense decembris dare debent ipsi, vel eorum heredes, aut per suum nuntium, predicto Martino preposito vel successori, aut ad ministerialem eorum, vel apud ipsam canonicam, de bonis denariis Lucensibus pensionem solidos septem, et non amplius denariorum (...)*

#### **Doc. 5 : Une investiture réciproque**

LC, breve 36 (8 janvier 1134)

(...) *Ocdo prepositus canonice Sancti Zenonis (= auteur, concédant) cum cantore Bolloholomo et cum presbitero Ugone et cum presbitero Aldrigo et Roselmo investivit et dedit per affictum Martinellum, filium Vivori, et Stephanellum, fratrem eius, et Guiducciorum Curacani, videlicet de uno petio de terra vineata (...)* Predicti (= destinataires, concessionnaires) *namque investituerunt prepositum quod si omni anno predictum affictum XXII ominas boni grani non persolverint, vel non habeant potestatem ipsi vel eorum heredes predictum affictum alienare vel aliquo alio modo dare vel transferre, nisi eorum meliorationem habeant vel percipiant in arbitrio laboratorum, et si contra hoc fecerint, spoponderunt et obligaverunt sese et eorum heredes componere et dare penam XL solidos, et insuper affictum perdere (...)*

#### **Doc. 6 : Une sortie d'indivision**

Original, ASF, *Diplomatico*, Pistoia, *Capitolo*, 1067 dicembre

(...) *Vuilglelmo filio bone memorie Iohannis per virgam quam in suis detinebat manibus tradidit adque investivit Signoricto germano suo filio bone memorie de suprascripto Iohannis ad suam proprietatem in parte et sorte seo divisionem stantem de medietate de una petia de terra qui est vinea et orto et aia cum casina super se habentes qui esse videtur in loco Braina prope Pescaia, sicut est medietate de ipsa petia de terra da partibus aquilone et medietate de una petia de terra qui est vinea qui est da partibus oriente (...)* et *ian dicto Signoricto per suprascriptam virgam quam in suis detinebat manibus eodem Vuiglelmo tradiderit adque investierit ad suam proprietatem ad parte et sorte seo divisionem stante similiter de aia et orto et casina da partibus meridie, et de vinea de partibus occidente sicut suprascripti hominibus desingnaverunt (...)*

#### **Promesse et investiture**

E. Huertas, Au cœur des transactions. L'investiture dans les actes de Pistoia (11<sup>e</sup>-12<sup>e</sup> s.)  
Atelier « Transiger », 6 février 2015

**Doc. 7a - LC, breve 30 (mars 1111)**

(...) *Guarnerius et Lucteringus germani, filii Actiolini quondam Iochi archidiaconis, obligaverunt se per investitionem, in manu domni Bonuti Pistoriensis archipresbiteri, tali modo (...)*

**Doc. 7b - Original, ASF, Diplomatico, Pistoia, Capitolo, 1113 agosto**

(...) *supradictus Magnorus investivit Guittonem f. Iohannis Lambardi pro Gierardo germano suo propter hoc quod non in legitima etate erat (...)*

**Des dîmes controversées**

**Doc. 8a - LC, breve 6 (10 septembre 1131)**

(...) *Benedictus, prior de ecclesia Sancti Angeli, sita Forcole, cum domno Gerardo monacho, investiverunt Oddo, preposito de ecclesia Sancti Zenonis, sine fraude et malo ingenio, quod ipsi neque per se neque per aliquam eorum submissam personam ab ac ora in antea non intromittent se, ullo modo intentionabunt de ulla decimatione de omnibus illis terris que sunt Sancti Angeli de Furcule, de la parte laboratoris vel tenitoris (...) tunc obligaverunt se suosque successores ad ipsum prepositum per investituram (...)*

**Doc. 8b - copie (?), ASF, Diplomatico, Pistoia, Capitolo, a. 1131**

*Breve recordationis de diffinitione litis quam habebant canonici aecclesiae Sancti Zenonis cum monachis aecclesiae Sancti Michaelis de Furcule pro decimis terrarum ipsius monasterii.*

*Prior Sancti Michaelis et domnus Gerardus venerunt in curia episcopi, in presentia domni Ildibrandi episcopi et aliorum multorum quorum nomina subter leguntur. Et ipsimet professi sunt per licentiam abbatis Ildebrandi et aliorum fratrum et refutaverunt in manu Odonis prepositi et GUIDONIS archipresbiteri decimationem omnium terrarum ipsius manasterii, videlicet partem illorum qui laborant vel tenent terras eiusdem monasterii quocumquo modo teneantur, sub pena XXti librarum Lucensis monetae. Et hoc totum promiserunt facere sine omni fraude et malo ingenio et etiam sub predicta pena et nullo inde se ultra intromittere debent, vel per se vel per subpositam personam ad dannum canonicae. Insuper quoque promiserunt ut, si ipsi vel illorum missi de supradicto pacto offenderint, quod emendabint infra spatium XXXta dierum postquam requisitum fuerit. Si vero hoc non fecerint penam predictam persolvant et pactum sit firmum.*

*Testes inde fuerunt Rainaldus Gandulfini et Rainaldus Saracini et Corbacione Ioculi et Rubuli et abbas Baldini et Anselminus filius Clerici et Bovinaca Bellini Baronci et alii quam plures.*

*Et sunt anni ab incarnatione Domini millesimo centesimo tricesimo primo, indictione vero X.*

**Les moulins : un écheveau juridique**

E. Huertas, Au cœur des transactions. L'investiture dans les actes de Pistoia (11<sup>e</sup>-12<sup>e</sup> s.)  
Atelier « Transiger », 6 février 2015

**Doc. 9a - LC, breve 15 (26 février 1125) = Original, ASF, Diplomatico, Pistoia, Capitolo, 1125 febbraio 26.**

(...) *Oggicione et Octaviano, germani, filii Eldibrandi Gesinesi, convenerunt cum Bonuto, archipresbitero et preposito de canonica Sancti Zenonis, cum consensu canonicorum fratrum suorum, et Barioni, filio quondam Boni, mutare alveum Gesini ex una parte in terra de predicta canonica, et ex alia parte terra ipsorum germanorum, et investiverunt prefatum archipresbiterum et Barioni in presentia predictorum fratrum canonicorum nullo tempore mutare ipsum alveum, set in perpetuum permanere, nisi consensu et comuni utilitate ambarum partium, vel a parte interveniente maximo damno alicui parti sine occasione (...) quia sic inter eos convenit (...)*

**Doc. 9b - Original, ASF, Diplomatico, Pistoia, Capitolo, 1163 giugno 1**

(...) *Bonus divina gratia prefati monasterii venerabile abbas suorum monachorum consensum et Tedicius quondam Ormanni et Ildibrandinus et Gerardinus germani quondam Petri Verardi comuniter inter sese investiverunt atque firmum pactum posuerunt molendinum sive molendina hedificare infra terminos scilicet istos (...). Et quecumque molendinum aut molendina hedificaverint medietatem ipsius molendini vel molendinorum cum aqueductibus et pertinentiis et sciaguis et macinis et medietatem eorum usuffructus in partem habeat predicta aeclesia sancti Angeli, et eorum quartam portionem suprascriptus Tedicius et eius heredes, et suprascripti germani et eorum heredes habeat eorumdem quartam alteram portionem (...) comuniter inter sese investiverunt atque firmum pactum posuerunt (...) Signa +++ manus consortium et contrahentium qui hoc breve fieri rogaverunt (...)*

**doc. 10 : L'investiture dans un manuel de notaire (milieu 13<sup>e</sup> siècle)**

G. Masi, *Formularium florentinum artis notariae (1220-1242), Testo ed introduzione storica*, Milan, 1943.

(p. 50-52) **De re data in feudum**

Dominus Guido comes Tuscie palatinus, per se suosque heredes, hoc publico concessionis instrumento, die presenti, iure et nomine feudi et in feudum, dedit, tradidit et co[n]cessit tali filio eius, et heredibus ac descendentes masculis in perpetuum, talem rem positam loco tali, et debet terminifinari, hoc modo et pacto, quod dictus I. et eius filius, ac descendentes, vel nepotes legitimi masculini sexus, predictam terram et rem, cum omnibus super se et infra se, omnique iure feudi, deinceps habeant et teneant ac possideant, utantur et fruuntur, sine alicuius contradictione vel molestia quam rem se pro eo constituit possidere donec corporalem fuerit possessionem ingressus, dans ei licentiam intrandi eam quandocumque sibi placuerit, et promisit eam defendere et expedire ab omni persona, et non contra hec datum vel factum habere, nec facere in futurum, sub tali pena, et post firma ; pro qua re idem dominus, pro se et heredibus, recepit ab eo fidelitatem et iuramentum fidelitatis contra omnem personam et locum, excepto contra imperatorem. Et etiam ipse dominus eundem I. de ipso feudo legitime investivit, et ipse I. ab eodem investituram recepit, et ita osculati sunt ad invicem dominus et vassallus ; ren(umptiantes) et cetera.

**De promissione et iuramento fidelitatis**

Talis sicut fidelis vassallus suo domino, et sicut ad fidelitatem pertinet, prestito fidelitatis sacramento, tali domino fidelitatem fecit, et, tactis sacrosanctis Dei evangeliis, promisit et

iuravit eidem et eius heredibus, in perpetuum salvare et custodire personam eius et suorum, et eius bona presentia et futura, et iura sua que nunc habet, vel est in antea modo aliquo habiturus, manu tenere et iuvare manu teneri pro posse sup, salvare et custodire, et eam ipsam docere et reinvenire et inquirere, bona fide sine fraude, et consilium bonum et rectum dare quando ab eo petitum fuerit, sine fraude et credentiam tenere, sicut ab eo inpositum, et non esse in consilio dicto vel facto quod ipse perdat vitam vel membra, vel capiatur ad sententie dampnitatem ullo modo ; et si quem sciverit contra hec velle facere vel venire contra, pro posse distonare, et quam citius poterit ei vel suo numtio notificare, sine fraude, et ipsum iuvare pro suo posse contra omnem personam et locum, excepto contra inperatorem, et bonam iverantiam et non malam ei facere de omnibus et omnibus et singulis supradictis, ad sanum et purum intellectum ipsius domini, omni fraude et malitia et sophismate remotis ; pro quibus recepit ab eo, nomine feudi, talem rem et investituram eiusdem rei, ren(umptians) et cetera.

Et est notandum quod heres, defunto patre, infra annum et diem, debet petere a domino investituram recti feudi, et ei prestare sacramentum fidelitatis hoc modo.

#### **De renovatione sacramenti fidelitatis**

Talis, fidelitatem renovando, sicut fidelis suo domino, et sicut ad fidelitatem pertinet, fidelitatem fecit tali domino, et promisit et iuravit, ut supra, usque ad [terminum ; pro quibus ; et cetera]. Et ipse dominus investivit eundum de recto feudo.

#### **(p. 118-119) De divisione rerum comunium**

Cum M. et I. haberent comunes terras et res infrascriptas, et debent terminifinari, placuit eis de predictis talem facere divisionem : in una parte posuerunt, et esse voluerunt tale quid, et in alia parte tale quid, et sic separatim terminifinentur et nominentur per fines. Unde dictus M., pro se et heredibus, presenti die, in partem divisionis, dedit tradidit et concessit et finivit et refutavit eidem I. predictam terram cum casa, et aliis in ipsa parte positis et ordinatis. Et dictus I., pro se et heredibus, in partem divisionis, dedit, tradidit et concessit, et finivit et refutavit eidem M. et heredibus in perpetuum, terram cum capanna, et aliis in ipsa parte positis, promittentes inter se hanc divisionem et finem, et omnia ac singula supradicta, observare et firma tenere, et non contra venire vel facere in futurum. Si autem et cetera, de pena et uxore eorum, et aliis necessarie faciendis.